

1764, 17.
No: 305.

SPECIMEN
CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
QVATENVS
I V R A M E N T U M
SIT PROBANDI MEDIVM

QVOD
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG. SOCIO

IN AUDITORIO PETRINO
DIE XXIV. OCTOBR. ANNO CICIDCCCLXIV.
DEFENDET

IO. FRIDERICVS WILHELMVS KOELBING
OPPEL. LVSAT.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

JO. FREDERICAS WILHELMUS KÖNIGSBERG
DIE XXXII. OCTOBRIS ANNO MDCCLXVII
DE ABDICATIONE
IN AUDITORY OF TRIUNO
PROFESSOR PETRUS OLENIUS IAR. NAT. ET. CERT.
HISTORIS CULTORVM QD. DING. GRATIA
PRAESIDIO
CHRISTIANO HENR. BREMNER
AT PROPHANI MEDII
IAR. V. M. E. N. T. M.
G. V. A. T. E. N. T. S.
CAPAT IARS. CONTROVERSAV
CONTINENS
SPECIMEN

L I T S I A E
12 OCTOBER 1900



QVATENVS
IVRAMENTVM SIT PROBANDI
M E D I V M

S. I.

Notio quam iurisperiti plerumque de iuramentis dare solent, qua affeuerationem religiosam animq; iurandi factam rei alicuius, adhibita invocatione Dei in testem veritatis et vindicem perjurii, dicunt, quousque religioni verae conueniat, iam examinandi locus non est, peritioribus theologis id concedamus, quorum est, de his, quae ad fidem spectant rebus, vberius iudicare. At vnicum tamen magis dubii, quam refutationis loco adscribere liceat. Videtur admodum autoritatem maiestatis diuinae minuere, si dicamus Deum et testem veritatis et vindicem perjurii invocare: quasi Deus non prius vindictae ius habet, quam ab eo tempore, quo invocatur vindix atque quasi necessarium esset ab ea invocatione vindictam statim capere debere Deum, quo apparet, an verum iurauerit, an peierauerit. Quaero: an ne idem esset ac in temptationem rapere DEVM, qui cuncta suo moderatur arbitrio, punit ex iustitia, quando puniendum censet, non vero ex hominum iudicio. Videtur mihi praeterea ex antiqua, si ita

A 2

dicere

dicere fas est, superstitione forsan deducta illa notio, qua peierantem e momento statim poena affectumiri arbitrabantur, qui si nihil quicquam contingeret, innocens habebatur, vnde et purgationis nomen iuramentis inditum esse videtur. Si licitum erit, magis ad fideli professionem referrem iuramenta, qua assuerat iurans, se Deum credere, qui non tantum ob suam omnipresentiam quid verum, sciret, sed qui, si peieraueruerit, poena peierantem sit vi suae iustitiae coerciturus. Sed abstineo.

§. II.

Nec contra Mennonistas de iuramentorum permissione pugnabo: id addam, optandum, vt minor iuramentorum sit permissus abusus, quod et cordatiōes omnes, qui nomen DEI venerantur optant. Satis nobis est, ex Iure permisum esse imo et praeceptum interdum vsum iuramentorum. Notum praeterea est, iuramenta esse vel assertoria vel promissoria. Ita dicti vel facti veritatem vel falsitatem vel adeo aestimationis pronuntiamus, his contra vel actus valorem confirmamus vel obligationem in nos suscipimus. Praeterea diuidi iuramenta in iudicialia seu quae in iudicio praestantur vel extra iudicialia quibus vel obligationem affirmamus vel negamus vel daturos facturosue nos aliquid promittimus. Tandem iudicialia alia esse vel voluntaria, vel necessaria, illaque amplius vel delata vel relata, haec contra vel suppletoria vel purgatoria esse, in omnibus quae de iure scripta sunt compendiis satis exposita leguntur. At de singulis iam videamus, quatenus ad nostram, de qua agimus, faciunt materiam.

§. III.

Ex communi opinione ICtorum, inter probandi media simul praeter testes atque instrumenta iuramenta referuntur. Non quidem, si seriem Digestorum sequimur, quippe tantum de Testibus et fide instrumentorum agitur, vbi probationum media determinantur; sed saltem ita plerisque visum fuit, ei ipsi GRIEBNERO in Princip. Process. Iudic. L. I. Cap. IV. Sed videamus an id utique verum et videamus de singulis speciebus. Primum de extra iudicialibus iuramentis.

§. IV.

Si naturam atque indolem iuramenti extrajudicialis respici-
mus, quod et voluntarium vocant, in iure nunquam pro me-
dio probandi haberi potest, sed pro conuentione aliqua. Forsan
huc respiciunt verba apud PAVLVM in L. 26. ss. 5. π. de iure iur.
Iurisurandi condicio ex numero esse potest videri nouandi dilig an-
dine: quia proficiscitur ex CONVENTIONE: quamuis habeat et
instar iudicii: et idem PAVLVS in L. 2. ff. eod. Iurisurandum spe-
ciam transactionis, inquit, continet: maioremque habet autorita-
tem, quam res iudicata. Hoc quidem verum, si primam iurisur-
andi extrajudicium delati rationem respicimus, videtur proba-
tionis naturam in se continere. Sit, ut Titius affirmet Caium sibi
debere centum. Sit, ut Caius promittat, se ea centum solutu-
rum, si iuraverit sibi obligatum adhuc esse Caium ad ea soluenda.
Iuret Titius ad Caii delationem, quis dubitat, videri probasse Ti-
tium sibi adhuc debere Caium. At vero si accuratius rem consi-
deramus, nihil aliud erit, quam promissio de soluendo, sub condi-
tione si iurauerit, siue vera sit obligatio, siue nulla fuerit, seu pei-
rauerit: ita enim intelligo PAVLVM cit. l. 26. pr. Qui iurasse di-
cetur, nihil refert, cuius sexus, aetatisque sit; omni enim modo custo-
diri debet iurisurandum aduersus eum, qui contentus eo, cum defer-
ret, fuit, quamvis pupillus non videatur peierare: quia sciens fallo-
re non videtur. Est ergo affectus iurisurandi extra iudicium praec-
stati pro substrata materia vel obligatio nouandi quasi animo con-
tracta, vel liberatio: nunquam probatio, quae causa est, vt inde
vel actio vel exceptio iurisurandi detur.

§. V.

Iam ad iudicia iuramenta quarum alia voluntaria eaque
vel *delata* vel *relata* sunt. Neque negari potest et in his summam
esse differentiam statuendam. Primum de *Delatis*. Neque hoc
aliam speciem, cum voluntarium sit, quam transactionis habere
potest. Inde est, ut super actione pariter ac super exceptione
replicaque deferri possit, ab eo, qui rerum suarum habet admi-
nistrationem liberam, quique ipse de calumnia iurare potest. Non
repetam cuncta, quae de hoc iuramento dici possent, quae iam
a multis dicta sunt, inter quos commendari videtur BORCHOLT
Tr.



Tr. de iure iurando. Videamus magis: an in delato probandi vis? Si dicendum, quod res est, siue super actione aut replicatione, siue super exceptione deferatur, eam vim habere non videtur, ut deferendis intentio probetur. Sit ut Actor vel super tota actione vel eius parte iuramentum detulerit, reus illud acceptauerit et vere praefiterit, effectus est praefiti huius iuris iurandi, ut cum acceptans in contrarium sententiam iuret is qui detulit, nihil probasse videatur, et si super exceptione, ea pro probata non pronuntietur, potius condemnatoria sequatur sententia, si alia deficiat exceptionum probatio.

§. VI.

Aliter vero res comparata est in iuramento relato. Non permittit libelli breuitas, ut huius iuramenti naturam causamque latius exequatur; satis sit scire, tunc relationi locum esse, si in factis communibus alter litigantium adversario iuramentum detulerit, is vero iurare ipse nolit, seu malit potius, ut ipse deferens iuret: Non est dubitandum, tunc si illud praefetur a deferente ad alterius relationem idque rite, causam suam super qua iuramentum delatum erat, vtique videri probatam. Est itaque iuramentum delatum probationum speciebus recte adnumerandum.

§. VII.

Iam ad necessaria veniamus, quae vel purgatoria sunt vel *suppletoria*. Quod ad prius attinet, quod et in ciuilibus causis et in criminalibus admittitur, non videtur omni modo ex Romano iure arcessendum, quippe hoc iure regula valebat: actore non probante absoluendus reus: at in patriis moribus, ut visum quoque H E I N E C C I O in Elem. Iur. Germ. L. III. Tit. IX. §. 354. maxime in criminalibus fundatum videtur. Sed sit ex quo fonte deducatur, recte quæstio oritur, an purgatorium inter probationum species referatur. Si tantum nominis rationem habemus, facile patebit, in hac iuramenti specie nullam probationem reperiendam esse. Si facti speciem concipimus, res clarius patebit. Sit in ciuili causa, ut quis causam suam ne semiplene quidem probauerit, habeat tamen quedam, quae probabilem aliquo modo suam causam faciunt, inde reus qui exceptiones non probauit, non plane ex fori sententia absoluendus

soluendus erit. Sed pronunciatur Würde Belli, sich vermittelst Eyd reitigen &c. facile patet vim liberationis habere iuramentum, indeque etiam Paroemia illa antiqua intelligenda: *Der Eyd ist das Ende alles Haders, de quo videatur PISTOR. Cen. IV. par. 5.* Neque in Criminalibus aliter res comparata, sed pariter inquisitus praefrito purgatorio se liberat ab delicti imputatione ex indicis capta. Sicuti vero nulla regula sit, quae non interdum patiatur exceptionem; ita sane et in hac iuramenti specie causa concipi posset, in qua ob dubiam nimis et suspectam fidem aduersarius ad purgatorium admitti nequit, potius iuramentum ei deferendum videtur, qui maioris est fidei ad confirmandam suam causam, sed tunc purgatorii naturam non habet, et ex incidenti probationis formam induit, si in sua sententiae confirmationem iuretur.

§. VIII.

Iam de *Sappletorio iuramento*. Nec hoc ex romani juris principiis deduci posse probavit eiusque naturam exacte illustravit *H. INNOCIVS* diff. *de lubricitate iuris iurandi Sappletorii*. Constat, hoc iuramentum ex usu fori tunc applicari, quoties semiplena probatio adsit. Praefatur itaque ad confirmandam probationem. Hinc negari nequit, huius iuramenti vim esse, ut proberet, et propterea recte probandi mediis adnumerabitur.

§. IX.

Sunt praeter haec iuramenta adhuc aliae species iuramentorum singulares, de quibus videndum, an et quatenus illae ad probandi media referri queant. Quaedam attingamus breuiter, quantum libelli faltem spatium permitit. Sic notatur iuramentum *calumniae* sive *speciale*, sive *generale*. *A* Vtrumque vel caufae, vel actus bonam fidem probat. Quidsi enim iuramentum calumniae praestitum sit, efficit, ut, nisi per iurio probato, ex bona fide egisse videatur. Hinc videtur mediis probandi hoc adnumerandum. Neque aliter res se habet in iuramento *pauperum*. Quidsi enim quis iura pauperum sibi sit acquisitus, necesse est, ut suam egestatem proberet. Concedunt vero interdum iura, ut est in *ORDIN. PROC. SAX. RECOGN.* Tit. I. §. 10., ut confirmet eam iure iurando. Quis dubitat, hocce iuramentum vim probandi habere et sic mediis probandi recte adnumerandum esse.

§. X.

¶

¶ *Mittimus dñm ab Ordin. S. m. X. quoniam hæc sive substantia
Essent adhuc aliae singulares species, sed sufficiat adhuc de
Iuramento in item quaedam dixisse. Non refutabo illam distinc-
tionem in iure Romano non fundatam, at in foro receptam et
comprobata in iuramentum in item affectionis et veritatis.
Haec enim satis cognita sunt et sufficiat provocasse ad TABORIS
diff. de in item iurando. Sicuti reliqua iuramenta de quibus supra
differuimus in eum finem adhibebantur, ut vel facti aut causae veri-
tas vel falsitas eruatur, ita hoc iuramentum non factum concer-
nit, sed potius aestimationis iustitiam comprobat. Sit! ut alter
damnum dederit. Sit! ut mihi damni dati aestimatio probanda
veniat. Permittunt iura, ut aestimationem factam in vim
probationis iureiurando illo in item confirmare possim. Quis
vero negabit huic iuramento naturam medii probationis? Neque
alius naturae est iuramentum illud, quod origines debet L. 9.
C. unde vi quod ab autore suo Zenonianum vocant, quo is, qui
terum inuafarum atque vi direptarum pretium probare nequeat,
prævia aestimatione in vim probandi, aestimationis veritatem
confirmet iureiurando, ut sc. alter praefest, in quantum iu-
ratum fuerat. Pariter res se habet cum iuramento minor-
ationis Iure Saxonico quondam comprobato, ut nouo abro-
gato per ORDIN. RECOGN. PROC. SAX. Tit. XXXI. Nam vis
huius iuris iurandi ea erat, ut probaret reus, minoris fuisse aesti-
mationem damni dati. Patet inde quasdam iuramentorum spe-
cies recte mediis probandi adnumerari, quasdam vero magis libe-
rationis, quam probationis effectum habere.*

¶

T A N T V M .



Leipzig, Diss., 1764



3

f

TAZOL

nur 31. Stck. Bücher verknüpft

VD18



1764, 17.

No: 595.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M
Q V A T E N V S
I V R A M E N T V M
S I T P R O B A N D I M E D I V M
Q V O D
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG. SOCIO

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE XXIV. OCTOBR. ANNO C I C I D C C L X I V .

D E F E N D E T

IO. FRIDERICVS WILHELMVS KOELBING

O P P E L. L V S A T.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

